



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 3. Quid significat exsufflatio Sacerdotis super puerum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

principem & dominum esse omnium animantium, ad eum illa adduxit, quibus nomina imponeret.

Cath. Conc. Nomen baptizato imponitur, inquit Catho-
 Trid. De Bap- chismus Conc. Trid. quod quidem ab aliquo
 tis. precibus & sumendum est, qui propter excellentem animi
 ritibus, ritibus, pietatem & Religionem in sanctorum nume-
 rum relatus est: ita enim facile fiet, ut qui-
 vis nominis similitudine ad virtutis & sancti-
 tatis imitationem excitetur: ac praterea
 quem imitari studeat, eum quoque precetur,
 & speret sibi advocatum ad salutem tum ani-
 mi, tum corporis defendendam venturum
 esse.

Quaest. 3. Quid significat exsufflatio Sa-
 cerdotis super puerum?

Can. Sicut nos- ait: Sicut nostis, fratres charissimi, & par-
 tis. De Con- vuli exsufflantur & exorcizantur, ut pella-
 fecer, dist. 4. tur ab eis diaboli potestas inimica, qua dece-
 pit hominem ut possideret homines. Non ergo
 creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut
 exsufflatur, sed ille sub quo sunt omnes qui
 sub peccato nascuntur.

Quaest. 4. Quare baptizandus signatur cru-
 cis signo in fronte, & in corde?

Can. Postea. Resp. Postea signatur, ut dicitur in Cano-
 De Consecr. ne, baptizandus signaculo sanctae Crucis tam
 dist. 4. in fronte quam in corde, ut ab eo tempore
 ipse apostata diabolus, in vase suo pristino,
 suae interemptionis cognoscens signaculum,
 jam sibi deinceps illud sciat alienum.

Quaest. 5. Quid significat sal quod imponi-
 tur ori baptizandi?

Can. Ex hinc. Resp. Tunc datur baptizando, ait Canon,
 De Consecr. sal benedictum in os, ut per sal typicum, sa-
 dist. 4. pientiae sale conditus, foetore careat iniquita-
 tis, & nec à vermibus peccatorum ultra pu-